Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



·nu·

eius et cuncta que ad ceremonias pertinet ipsi portabunt et omnia utensilia eius. et erit in ministerio ac per gyrum tabernaculi metabuntur.

¶ Numeratur quoque tribus sicut postea declarabitur. eius tamen numeri summa cum ceteris non ponitur. ob iniquitatem cum hec tribus uacat ministerijs. Nulla enim differentia lite a reliquo populo clericorum ordo qui per hanc tribum significatur. Sed cum constitutus est sup tabernaculum testimonij ipse sup totam ecclesiam optinet principatum. Ipse enim uasa et ceremonias ipsumque tabernaculum et omnia sacra et cuncta utensilia portat quum tota ecclesia eiusque sacramenta regit ordinat et disponit. Unde non immerito quum isti toti tabernaculi ministri sunt et custodes. arca ipsum tabernaculum proxima sibi tentoria figunt. Post eos autem ceteri mlitando unusquisque sedem ordinem sibi dispositum castrametatur. Nemo uero preter illos ad tabernaculum disponendum uel erigendum aut aliquo modo dispondum accedere audebat. quum quisque extraneus accesserat occidebat. hoc autem si non reges et principes intelligent ecclesiastica sibi officia uero usurpauerit. Ipse quoque castrorum ordo tam bene dispositus magnum aliquid significare uidetur. In medio enim tabernaculum figebatur cui proximi per gyrum leuite castra metabantur. Deinde uero ad orientalem plagam Judas figebat tentoria in cui exercitu vsachar et zabulon annumerantur per turmas suas semper primi egredieban. Ad meridiem uero ponebant castra filij Ruben in quibus Symeon et Gad connumerati sunt. Ad occidentalem uero plagam erat castra filiorum Ephraym et siml cum eis manasses et Beniamyn. At uero ad aquilonem castrametati sunt filij dan. atque iuxta eos Asser et neptalym. Et isti quidem semper nouissimi profiscebantur. Merito igitur de eorum dicat. quia pulchra et tuta electa ut sol tribubus ut castrorum acies acies ordinata. Nichil in ea inordinate indecenter temere et incomposite fieri debet. Vnusquisque in suo ordine maneat priori inferior non se offerat. Sequitur.

Deuteriscq; est dns ad moysen dicens. Applica tribum leuy et facestare in conspectu aaron sacerdotis ut ministrent et seruiant et obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij. et custodiant uasa tabernaculi seruientes in ministerio eius. Dabisque dono leuitis aaron et filijs eius. quibus traditi sunt a filijs isrl'. Aaron autem et filios eius constituetis sup cultum sacerdotij. Extraneus qui ad ministrandum accesserit morietur. ¶ Intelligite hec leuite aperite oculos cuidete. non uos superbia inflet sacerdotis ministri eius et sacerdotii. et non solum ministri sed etiam dono dati. ad seruiendum ad obediendum corpori monitis atque illorum obsequendum. Sic enim et nos si aliquid egerimus morietur sicut extraneus qui ad ministrandum accesserit moriatur.

Deuteriscq; est dns ad moysen dicens. Ego tuli leuitas a filijs isrl' pro omni primogenito qui aperit uulnam in isrl'. Sunt enim leuite mei. Omne est enim omne primogenitum ex quo percussi primogenitos in terra egypti. sanctificauimus quicquid primum nascitur in isrl' ab homine usque ad pecus mei sunt. ego dns ¶ In primogenitis enim egyptiorum quos dns percussit primum et originale peccatum in cuiuscuis fidelibus se suo sangne et aqua baptismatis delere significatur. Nobis autem omnia primogenita filiorum isrl' sibi uendicauit. qa destructo originali peccato. fidem que xpiane religionis prima et maxima est et ex qua aia que mortua erat uiuificat se diligere sibique plane ostendit. Sicut enim illo peccato moriuntur omnes. ita ista uirtute uiuificantur omnes. Sed illud Justus autem ex fide uiuit. Sed qa non omnes qui fidem habent ecce sacramentis digni et idonei sunt. ideo sola leuitica tribus ad seruiendum in tabernaculo pro cuiuscuis primogenitis a deo eligitur. Vt sicut hec tribus una erat in gratia. ita omnis clericorum ordo unus idemque sit in religione. Nec enim apls significans episcopos et presbiteros et diaconos sine carmine esse uoluit.

Dne autem supir dns moysi ut numeret omnes masculos de tribu leuy ab uno mense et supra. Numeret etiam omnes primogenitos masculini gnis filij ab uno mense et supra de ceteris tribubus filiorum isrl'. Deinde uero tollat omnes filios leuy omnes eos qui superfuerunt exceptis et postea pro quinque siclorum post unum mensem redimi precepit. Siclus autem unguinti obolos habet. ¶ Quid est enim qd soli masculi numerantur. nisi qa illi in dei militia computantur qui neque femine sunt fragilitatis neque sicut ceta facile decipiuntur. Numerantur autem ab uno mense et supra. qua in re totam hanc militiam ex solis fidelibus colligi significat. Post unum enim mensem omnes primogeniti ad templum ferebantur et dno a parentibus qa igitur ante unum mensem deo non dantur merito ante unum mensem in dei exercitu non